

Vk  
1766

AD  
ORATIONEM ANNIVERSARIAM  
IN  
**MEMORIAM**  
**VIRI**  
**AMPLISSIMI CLARISSIMIQUE,**  
**MELCHIORIS CASPARIS**  
**WINCKLERI,**

HÆREDITARII OLIM IN OBER-ULLERSDÖRFF ET SOMMERAU,

FUTURO DIE JOVIS

D. XV. JUNII. MDCCCLXIX.

HORA VIII.

AB SE HABENDAM,

OMNI, QUA PAR EST, OBSERVANTIA

INVITAT

SIMULQUE

DE

BOLESLAO I. DUCE POLONIAE, VSURPATORE AUTEM  
IN LUSATIA SUPERIORI

ITERUM EXPOSIT

ADAM DANIEL RICHTERUS,  
GYMNASII DIRECT.



ZITTAVIAE, LITTERIS KÜHNII,



**Q**uoniam nostra de Boleslao I. Duce Poloniae, usurpatore autem in Lusatia Superiori secundum Ditnuarum nostrum nuper instituta expositio viris rerum in regione nostra gestarum peritis non proorsus displicuit, qua reliqua de hoc Boleslao tunc alio die promisi, mox jam dabo.

Nimirum, quum ao. 1010. Guncelinus Marchio in Misnia, frater uterinus hujus Boleslai, et apud quem Guncelinus majorem gratiam adhuc habuerat, quam ei deceret aut Imperatori placere poterat, vid. Dittm. Lib VI. pag. 154. reus Majestatis Marchionatus suo Misnensi abdicaretur, Boleslaus, qui tum in urbe Budissin forte praefens erat, priori die, quam Hermannus novus Marchio Misnensis adventarer, magnam Polonorum catervam misit, qua quidem in primo die crepusculo Albine transgressa usque ad portam civitatis Misnie silenter omnino venit, tristis autem, quum promissus ei a duobus hujus rei ductoribus non patret introitus, ad Boleslum suum, Budissin hos suos sollicite expectantem sequere delusum graviter dolentem, reversa est, vid. Dittm. Lib. VI. pag. 154.

Imperator deinde anno insequenti 1011. ob hanc contumeliam et damnum a Boleslao sibi illatum expeditionem contra Boleslaum bellicam post Pascha suis graviter indixit. Statimigitur in ista expeditione inceptra pagus Cileni et pagus Diedesi vaflabantur, et quum Cesareani, urbem Glogua dictam, ubi Boleslaus ipse fuerat, transentes, late magnum hostibus damnum intulerunt, lati deinde vasisatis omnibus circumquaque jacentibus ad Albim per fines Milziciens reversti sunt, vid. Dittm. Lib VI. 155. 156.

Anno 1012. Imperator consulebat cum Principibus suis, qua ratione Boleslaus ab illis invaderetur, Boleslaus autem rogabat ao. 1013. per nuntios Waltherum, Archiepiscopum Magdeburgensem, ut Scitiam cauta pacem faciendi ad illum veniret, Waltherus rogatus quidem venit, sed, quum nil ibidem perficeret, statim post duos dies, muniberis tamen magnis ornatus, revertitur, qui quidem Waltherus non ita diu post hoc eodem ao. 1013. mortuus est. Expedicio itaque die IX. Calend. August. instruebatur, quia autem medio in itinere contra Boleslaum suscepto Principibus non bonum esse videbatur illud suum iter perficere, itaque expeditione hac ipsa omisla Marchiam modo optimis praefidis firmaverunt, Dittm. Lib. VI. 162. 163. Hoc eodem anno Jarimirus Dux Bohemiae, regno a fratre expulsus, in hac persecutione sua Boleslaum, Ducem Poloniae, quem pro hoste hactenus habuit, fugi pterere cogebatur, Dittm. ib. p. 164. Non diu post Boleslaum congregato exercitu Libusiam petuit, castraque ibidem metatus urbem ipsam de XIII. Calend. Septembr. cepit et incendit, magna præda latius deinde redit, Dittm. Lib. VI. p. 168. 169.

Anno 1014. Imperator mense Januario Boleslai nuncios, pacem poscentes et confirmationem cum Miscone, ejusdem filio, fieri promittentes, in Alstidi circa Epiphaniam Domini audivit, Dittm. Lib. VI. 174. Inter haec Wirinbarius et Ekkibardus, Hermanni Marchionis frater, sine licentia ad Boleslaum perrexerant ibidemque multa Imperatori contraria locuti fuerant, ejusque nuncios sepe in secreto secum habuerant, Dittm. ib. 175. Misco deinde paucis diebus interpositis Magdeburgum ad Imperatorem venit cum magnis muniberis, ubi Regis efficiebatur fide cum sacramento firmata, qui dehinc non solum magno cum honore remissus sed ut iterum veniret, vehementer etiam delectatus est. Veniebat autem in vigilia Pentecostes Boleslaus ipse Merseburgum ad Imperatorem cum securitate obsidum apud te relictorum, et optime suscepimus est, Dittm. ibid. 175. Ibi Boleslaus tunc in die sancto manibus applicari miles Regis effectus et post sacramenta Regi ad ecclesiam in ornatu suo incidenti armiger habitus est. In secunda autem feria, quum Imperatorem magnis muniberis a se et a contextali sua oblatis placaster, non solum his suis meliora & majora ab Imperatore, sed beneficium etiam diu desideratum, sive dubio quidem Marchie fortitan in Lusatia Superiori, quam Boleslaus Imperatore invito hueusque Hermanno erexitam obtinebat, accepit, obfidesque suos cum honore & letitia remisit, & bello post haec Russiam, Cesareanis quidem aethiopis auxiliis, petiit, Dittm. ibid. p. 176. Sed quum Imperator deinde Boleslaum ad supplementum sui itineris in Italiae invitasse, Boleslaus non solum rursus more solito in bene promissis mendax apparuit, sed Papæ

stiam censum persolvere quum nollet, malitiosa astutia latentes Imperatoris insidias causatus est, Imperatorem immemor fidei dara omnibus suspicium reddere studens. Ditm. ib. 176. Imperator igitur hanc malitiosam astutiam Boleslai, qua delulus erat, redux ex Italia factus suis fidelibus exposuit polcens ab eis, ut Boleslaus, a quo statim beneficium suum datum, Marchiam feliciter Lusatianam revocabat, vid. Chron. Quedlinb. ad b. a. aut ad excusationem aut indicte rei emendationem vocaretur, vid. Ditm. 185. Boleslaus aurem Imperatori fortiter resistens Marchiani non reddidit, sed cum Hermanno Marchione, qui cum Boleslao, ficerō suo, Pascha in Polonia duxerat, domum redeunte legatum suum ad Imperatorem misit, plus tamen ad perturbandum quam ad pacificandum, qui quidem legarus ipse etiam mentiri semper solitus, longe alia, quam Caesar praecepatur, domum retulit. Tunc iterum vel ad se excusandum vel ad inobedientiam emendandum Boleslaus quidem a Caesare vocatus est, sed Boleslaus in praetentiam Caesaris venire noluit & potius coram Principibus regni hac sua fieri postulavit. vid. Ditm. Lib. VII. p. 188. 189. Boleslaus autem id praesertim prætendebat, quod Imperator filium suum, Miseconem, ex captivitate quidem liberatum, sed tamen nimis longe apud se deinde retentum serius remisisset, suum Caesaris ipsius militem, Ditm. ibid. p. 189. 190. Nempe Imperator Miseconem, filium Boleslai ab Uldarico, Rege Bohemiae caprum ex captivitate liberaverat secumque illum nunc retinebat, quem sibi reddi Boleslaus ab Imperatore sepius posulaverat, sed Imperator rem differebat usque ad commune consilium Principum, in quo deinde habito ab Imperatore Miseco dimissus erat. Ditm. ib.

Tandem Imperator mensi Julio hoc eodem anno 1015. expeditionem ipsam contra Boleslaum suscipiens, usque ad Oderam profectus est ad locum, qui Croſia dicitur suosque ad Miseconem, turnatim ibi sedentem, misit, cum de promissa fide admonendi ergo. Vid. Lambert. ad b. a. & Ditm. Lib. VII. 192. Quum autem legati, responsu Miseconis acceptro, quod patris injussu nil sibi licirum sit, redirent, Caesar deinde Oderam transmeans reluctantem Polonorū multitudinem admodum sane ista felicite prostravit, ut numerus non minor fuerit quam sexcenti, qui perierant. Licer autem Imperator in hoc bello multa feliciter gereret, tamen Boleslai fraudulenta deinde factum est, ut Imperator in reduci suo magnam cladem luorum perpessus sit, vid. Ditm. ibid. p. 164. 195. Immo Caesarem ipsum, qui progressus jam ad Strelam urbem cum suis pervenerat, subsequebatur Miseco cum exercitu, id. Sept. Albim transcendebat, suburbium Misniae incendebat, castellum ipsum duobus locis accensum aggrediebatur & omnia prorsus usque ad Gana fluvium depopulatus est. Vid. Ditm. ibid. p. 196. Quum deinde Caesar ad Bafalam urbem cum exercitu congregato profectus esset, Imperatrix quidem cum Principibus Imperii defensionem Patria mediari coepit, sed Boleslaus nil inter haec Imperatoris laderere tentavit, sua modo muniens, & de adventu Caesaris ex Burgundia latatus est, Ditm. L. VII. p. 201.

Anno 1017. Principes quidam Imperatoris juxta Muldam sedebant, Boleslaum per internuncios suos ad Albim venire rogantes in colloquium, qui tunc Scitani erat, legatione autem audita respondit, se ob timorem hostium suorum illo venire non audere. Et quum nuncij rursus ipsum rogarent, num velit, ut Principes ad nigrum Elltram veirent, Bol-slaus, nec pontem hunc, dixit, praterire volo. Ob istum igitur contemnum Principes statim agebant cum Imperatore de futura expeditione in Boleslaum, quæ statim etiam decreta & brevi post suscepta est. Ditm. ibid. p. 215. Quoniam autem milites Boleslai in Moravia magnam catervam Bavarorum dolo circumvenientur occiderant, Henricus vero, Dux quondam Breavorum, pacis firmans causa ad Boleslaum profectus, jam rediens nil ibi profecerat, vid. Ditm. ibid. 219. & Miseco, Bohemiam invadens duo dies eandem prædatus & cum innumerabili captivorum multitudine reversus erat, Ditm. 220. itaque Imperator, cum exercitu suo obvia quaque devastans, id. Aug. ad urbem Glogam, ubi Boleslaus tunc latitans Caesarianos prætolabatur, non solum venit sed duodecim etiam legiones ab exercitu valido electas ad urbem Nemezei premit, quæ habitatoribus his præoccupare debebant venturum auxilium. Ditm. ibid. 221. & Lamb. ad. b. a. Imperator autem post tres dies ipse venit ad eandem urbem cum exercitu valido, castris undique circumdatam, ut sic hosti omnem accessum clauderet, Moravienses interim Boleslai

X 3370879 V. 1766 Bl. 1  
milites, Bohemiam ingressi, incolumes inde cum magna præda exibant, quos Mar-  
chio Henricus festinus insequebat, occisis ex eorum numero plus quam mille viris,  
fugientibus ceteris, captivitatem hanc omnem solutam domum remisit. *Ditm.* *ibid.*  
*pag. 221. 222.* Præterea alii milites Boleslai urbem etiam in Mysnia, Belegori dictam,  
XVIII, Calend. Sept. agressi quidem erant, sed nil profererant, quum Luitici contra  
urbem quandam Boleslai in Lusatia petiissent & bona Boleslai multrum valstarent. *Ditm.*  
*ibid. 222.* Imperator autem, postquam tres sedebat hebdomadas ad urbem obsecram  
Nemerzi, videns difficultatem capiendi urbem, iter suum ad Bohemiam dirigit,  
*Ditm. ibid. pag. 223.* unde Boleslaus compierens, Imperatorem abiisse, multum la-  
tatus est. Sed pedeites ejus, plus quam sexcenti Bohemiani clanculum perentes, laque-  
um ibi, quem hostibus extendebant, misere incurabant paucis quidem excedentibus.  
*Ditm. Lib. VII. pag. 223.* Contra autem Caesariani desebant facinus, quod Bo-  
leslai satellires inter Albu & Mildam patraverant, utpote qui iussum quidem sui Bo-  
leslai velociter egressi XIII, Octobr. plus quam mille mancipia in his partibus terræ  
sumiserant, plurimaque loca incendio late consumentes prospero itinere reversi erant.  
*Ditm. ibid. p. 224.* Tandem Boleslaus mensis Novembre nuntium mittit ad Impera-  
torem Merseburgum, qui commutationem captivorum rogar & de acquirenda Impera-  
toris gratia inquirit, quibus quidem omnibus suum Imperator assiduo Principum  
suorum interventu assensum præbuit, tuncque primo etiam comperit, Russorum Re-  
gem, ut per internum suum Imperatori promiserat, Boleslaum petiisse nilque ibi  
ad urbem obsecram prosecuisse. Cujus regnum postea Boleslaus cum exercitu invadens  
generum suum & fratrem regis Russorum diu regno expulsum inthronizavit & hilaris  
rediit, quia nunc infra dicemus. *Vid. Ditm. Lib. VII. pag. 224.* Boleslai enim filia  
nupsit filio Uladomiri in Russia, *Ditm. Lib. VII. p. 228.* cuius sua filia injurian illa-  
tam Boleslaus vindicavit. *Ditm. ibid. pag. 229.*

Anno 1018, iussu Imperatoris & afflida Boleslai supplicatione pax quidem in ur-  
be Budissin a Principibus quibusdam Imperatoris cum Boleslao, III, Kal. Febr., sacramen-  
tis firmata est, non tamen ut decuit, sed sicut tunc fieri potuit, electis quidem ob-  
sidibus accepitis. *Ditm. Lib. VIII. pag. 232.* Transactis deinde quatuor diebus Oda,  
Ekkibardi Marchionis in Mysnia, iam abo. 1002. demortui, relicta filia, a Boleslao diu  
jam desiderata perque filium suum Ottomenum tunc vocata, Zizana venit et nupsit huic  
Boleslao post Septuagesimam absque canonica auctoritate, quia vivebat haec annus sine  
matronali coniunctudine admodum digna tanto fœdere. *Vid. Ditm. ibid. pag. 232.* qui  
tamen *Ditmarus* de hoc Boleslao, deque hoc ejus conjugio non admodum gavilus  
est, sed scripsit: Omne hoc, quod pater ejus et iste, Boleslaus scilicet, nobis in con-  
jugio ac familiaritate magna copulari sunt, plus danni subfrequentis, quambonum praeced-  
entis, patriæ scilicet, acculit ac in futuro inferre. *Vid. ibid. p. 233.* Hoc eodem an-  
no 1018, Boleslaus mensis Julio Regem Russorum nunc rursus bello petiit hocque in  
bello urbem Kioviam oppugnavit & Zwentipulco suo, qui illam diu amiserat, restituit.  
Ibi autem fuit novacula, quam sub initium sui regni Zwentipulci frater, Farezlavus ter-  
ra expulerat, nec non Regis Zwentipulci uxor & octo forores ejusdem, quarum unam  
prius vehementer desideratam antiquus fornicator Boleslaus, oblitera conjectati sua, in-  
juste duxerat. *Ditm. L. VIII. p. 232.* Tandem Boleslaus, hac sua prosperitate clatus,  
Archiepiscopum Kiovie ad Farezlavum, Zuentipulci fratrem misit, ut ab eo filiam  
suam reduci peteret et uxorem suam cum novacula et sororibus reddi promitteret. Post  
haec magna munera Boleslaus ad Imperatorem, a quo nimis Boleslaus ad hanc expedi-  
tionem bellicam trecentos milites auxilio accepserat, non solum misit ut gratiam ejus  
& auxilium porro acquireret, sed etiam per legatum suum indicavit, se cuncta Imperato-  
ri placentia semper facturum esse.

Hæc nunc sunt, que sive digna de Boleslao I. Duce Poloniae et Usurpatore in Lusatia Su-  
periori, reliqua et nups promissa, secundum *Ditmarum* jam novimus. Quod autem post mortem hujus  
Boleslai haec nostra Marchia anno demum 1032. Dueibus Polonicis rursus ab Imperatore erupta et The-  
oderico, Comiti Wettinensi tradita sit, docet illud *Wippo* invita *Comradi Salici*, hoc autem dilucide  
prorsus affirmant *Annales Hildesheimenses*, adh. h. a.

His autem omnibus premissis accedo nunc ad memoriam *Viri Amplissimi Clarissimique, Melchi-*  
*oris Casparis Winckleri, Hæderitari quondam in Oberullersdorf et Sommerau, quotannis solemnē*  
*Orationes* renovandas, cui quidem pio officio ut satisfaciam, Ordo Collegii nostri me quidem hoc anno  
vocat.

Craftina igitur die Jovis huic Viro Amplissimo parentaturus rogo omni pietate et obseruantia, ut  
Magnificus atque Amplissimus Senatus, Per reverendi verbi divini Ministri, nec non aliis Viri graves et  
eruditii, Patroni et Fautores, huic Orationi nostrae benignè interesse haud graventur. P. P. Zittavix  
Dom. III. Trinit. Anno M. DCCLXIX,

J. H. 90, 14.

Vk  
1766

AD

ORATIONEM ANNIVERSARIAM  
IN  
**MEMORIAM**  
**VIRI**  
**AMPLISSIMI CLARISSIMIQUE;**  
**MELCHIORIS CASPARIS**  
**NCKLERI,**



M IN OBER-ULLERSDÖRFF ET SOMMERAU,

FUTURO DIE JOVIS

V. JUNII. MDCCCLXIX.

HORA VIII.

AB SE HABENDAM,

QUA PAR EST, OBSERVANTIA

INVITAT

SIMULQUE

DE

CE POLONIÆ, VSURPATORE AUTEM  
LUSATIA SUPERIORI

ITERUM EXPOSIT

ADAM DANIEL RICHTERUS,  
GYMNASII DIRECT.



ZITTAVIÆ, LITTERIS KÜHNIT,

